



76

NUPTIIS AUSPICATIS.
SIMIS

Viri Clarissimi & Consultissimi
Dn.

JOACHIMI MECHOVII
J. U. D. SPONSI

ET VIRGINIS LECTISSIMÆ

MARIÆ CATHARINÆ,

Nobilis, Amplissimi ac Consultissimi Viri

Dn. JOANNIS SCHONERI, J. U. D.
& Consiliarij Electoralis Palatinatus quondam Hei-
delbergæ celeberrimi relictæ filiz,
SPONSÆ,

Celebrandis Cothenis Anhaltinorum ad d. 6. Februar.


Anno 1632.



SERVESTÆ,

Typis Andreæ Bezelij.




Rivigna quam Fata mea voluere mari-
(tum,
MECHOVI, & generum concii-
(liare mihi:

*Si quis erit, vestris qui pangere carmina tedis
Certet, cedam equidem, nec notet ora pudor.
Verum, si fuerit vestri certamen amoris,
Præripiat primas qui mihi, nullus erit:
Sit vestrò nullus thalamò felicior, opto.
Ecquid votorum sic satis esse putas?*

Paternò affectu
funde:

BETHMANNUS HERDE-
SIANUS J. U. D.

CORONA CONIUGII, QUAM NECTEBAT

Amici sui Sponsis.

Emina, masq; simul divino munere facti,
Omnipotentis honore, corona & imagine gaudent,
Septuplici facula, preciosis atq; lapillis
Ista corona nitet: dicamus carmina lati,
Consortes thalami DEUS hoc dignatur honore,
Ecce lapis primus Sapphiri more coruscat.
Exprimiturq; notis: SUPREMI GRATA VOLUNTAS.
Sic opus hoc placuit superis, sic fata tulerunt.
SANCTA DEIFACIES, quam predicat altera gemma,
Conjugium decorat, procul, ô procul ite profani.
Tertia gemma, DEIMICAT hîc PRUDENTIA, quando
Omnia conjugibus facilem concessit in usum.
QVI præfert VERUM, lapis est ex ordine quartus,
Magna latent etenim mysteria subtus in umbra,
In quibus exercet se mens pia, & usq; laborat.
Gemmula quinta nitet, PATRIS INDULGENTIA MAGNI.
Æqua cui auctero mens est & amica voluntas.
Sexta in conjugij præluccet gemma coronâ,
EFFICIENS VIRTUS, invicta potentia dextræ,
Quæ produxit opus toti haud imitabile Mundo.
Septimus extat honor connubia sacra coronans,
Admiranda DEISAPIENTIA, Jaspidis instar,
Dum DEUS ex terra primum formavit Adamum,
Deq; ejus costa donum mirabile finxit,
Virginis os, habitumq; gerens & virginis arma,
Insufflavit utriq; itidem spiracula vitæ,
Atq; animas dum carne duas conjunxit, in una,
Hæc meditare piè Doctor, jus doctus utrumq;
Hæc meditare piè nova nupta, puella decora.
Sic pictura animum nunquam pascetis inani,

Sic vos conjugij locupletet factor & auctor.
Sic Animæ vestræ benedicat sponsus J E S U S.

DANIEL ANGELOCATOR.

II.

AD DN. SPONSUM.

Ista Tui dudum meruerunt, Sponse, labores
Præmia, quæis mactat Te DEUS atq; Dies:
Ista Tui dudum meruerunt munera nisus,
Quæis pariter cingunt Juno Themisq; caput:
Ecce Gradum confert Themis aurea, Juno Puellam
Ortu Majorum nobiliore satam.
Nec non est propria decoratam nomine vera
Virtutis, Formæ, Dexteritatis, Opum:
Quasq; unâ invenias conjunctim in Virgine rarò
Dotes, hæc uno pectore Sponsa tenet.
At binis tamen his donis superaddere honorem
Sedula mox quæret Patria Terra novum.
Scilicet ut triplici firmatus fœdere honorum
Nodus Te ad summos evehat usq; Viros.
Namq; Tui hoc dudum meruerunt, Sponse, labores
Præmia, quæis mactat Te Deus atq; Dies.

M. PETRUS von JENA, Reipub. Servestant
Consul, & Illustr. Gymnas. Adjunctus.

III.

Sic cine bisgeminis unò sectaris honores
Annò, obtinesq; Numinis clementia?
Civilis juris fulges sacriq; tiara,
Et Sponsus hodiè, cras maritus audies.
Eja age tergemini fiant, & avusq; paterq;
Imposterum semper - beatus audias.
Circudent lectum Charites, benedictio ditee
DEI domum cornu tuam prædivitee

Unde

Unde olei semper promanet copia, dulcor
Mellis, meriq; stillet alma gratia.

DANIEL LUDOVICUS M. C. in Illustr. Anhalt.
Log. & Math. Prof.

I V.

Jnter Bellona Marortia Clasfica, & inter
Arma, Joachimus praelia & ipse ciet.

Ornatus Themidos lauru, dein optat ovare
In castris miles, o Cytheraea, tuu.

Audax hem facinus turmas inimicat & enses
Hostiles Paphia, quisquid id est generis.

Crudellem credas prognatum tygride sevâ,
Atq; lupo atq; urfis plus feritatis habet.

Hos Cytheraea dolos fictos fucatq; sensit
Pectora, non hostis sed mage Amoris opus.

Isthaec Nympharum decus alma Maria virago
Et Catharina movet praelia gratia suo

Militi, & in pugnam pelli, sed, Magne Cupido,
Dat captus faciles in tua vincla manus:

Vivite felices, non turpet Morta calores,
Nec que conjugijs insidiatur ees.

Sis bello e vestro renovata Caterva resurgat
Natorum, Sponsis qui p etate pares!

f. Leonhardus Sutorius Antistes Eccl. Ballenst.

v.

UT sacer e reliquis numerus ternarius audit,
Sic tria per Trinum vota vovebo DEUM.

Qui primus primi sanxisti foedera Adami,
Sanci М В С К О V I I divite dote torum.

Vina Cananaas qui vertis in optima lymphas,
In vinum sponis verte doloris aquas.

Cum Patre, cum Gnato qui Spiritus unus & idem,
Fac, sit ut in gemino pectore pectus idem.

M. Felix Haustedius verbi divini Minist.

v.

Dulcia, Nature Mystis si credere fas est,
Laxant, constringunt qua sed amara cluent.

A; In

En tamen hæc noster Neonymphus dulcia, amara
Optat, anhelat, avet, pectore, voce, stylo.
Nam vult constringi, vult & laxariet: inde
Naturam sequitur. Sic bene sanus erit.
O rem mirandam, mirando glutine sponsi
Pro gustu esse simul dulcia amara novi!
Sed ne mireris: bene qui distingvere novit,
Novit & is quenam hæc dulcia amara siens.
Ter felix igitur sponsus, quater atq; beatus,
Quem simul atq; semel dulcia, amara juvant!

M. Johannes Cremerus Verbi Divini apud Serv. ad D. Nic. Min.
VII.

Quo Te Mechovi, quo tandem nomine dicam,
Artibus imbutum cui madet ingenium?
Quo te Mechovi, quo tandem nomine dicam,
Qui sacri thalami festa sacrata paras?
In Patriam certè decoratus honore redisti,
Dum virtus imâ mente reposita fuit:
Usq; adeò Virtus non indotata relinqui
Adsolet, atq; suis præmia digna refert.
Vidit, & arrisit generis splendore corusca
Virgo recens Capitis facta Corona tui:
Hinc tecum voluit vinclo propiore ligari,
Quòd sint clara tibi cognita jura fori.
Quòd multos populos nôris, quòd nôris & urbes,
Quòd morum te ornent ingenijq; bona.
Ergo laude virum dignum quo nomine dicam:
JURIS DOCTOREM dicam ego Mechovium,
Nomen ab Arte datum: sed & hic ab amore notatus,
Unde etiam SPONSUM dicam ego Mechovium.
Maçte his Nominibus Mechovi, basia fige
Plurima Delitio Suavioloq; tuo.
Vos DEUS & VIRTUS conjunxit amore jugali:
Ejus semper eris, quæ tua semper erit:
Ferre non tibi sit tua Amasia, saxeus ipsi
Nec tu sis, junctos Pax in amore beet!

Vivite

Vivite t̄ de gratas, Charissima Lumina, noctes,
Ipse tibi & Sponsæ quot, nove Sponse voves!
Georgius Möringius Ecclesie Rosloviensis P.

IIX.

Pulcrum est & SPONSI & DOCTORIS honore potiri.

Sic quoq; tunc bina est gloria, binus honor.

Ergo Tibi geminum D E U S hunc fortunet honorem,
Et TITULUM & THALAMUM prosperitate beet.

S. E. J.

Cypido wann du werst in ander Handwercks Orden!
So werstu dieses Jahr gewiß auch Meister worden.
Du hast in kurzer Zeit / durch Kunst vnd grosses Glück!
Bewiesen in der that ein Herrlich Meisterstück.
Du hast ja fort vnd fort dem Marti gleich gekrieger!
Vnd wo du kamest hin / noch mehr als Mars gesieger.
Doch dieses vngeacht. Diß ist die gröste Kunst:
Drey Catharinen hast durch deine Liebesbrunst
Enkündet. Ey wie schön! die da den Nymphen führen!
Das einig vnd allein den Keuschen wil gebühren.
Den Keuschen an dem Leib / den Keuschen am Gemüch!
An welchen alles Keusch durch der Naturen Güte.
Was hat der Ersten doch ihr Keuscher Nymph' erworben?
Nichts mehr / als das sie nun ein Jungfraw ist erstorben!
Vnd lebet eine Fraw. Wilstu die Andre nun!
Die doch mit Bitterkeit die Widerstand könt thun!
Auch darzu bringen noch? Vnd tregst noch kein genügen!
Es soll ohn alle bitter die Dritt' sich darzu fügen?
Darumb / O schöne Braut / es ist vergebens doch!
Was wolt ihr ohne nutz' euch selbstem quehlen noch!
Vnd mit der Bitterkeit die Keuschheit stets vertreten!
Ihr könt euch doch nun nicht von diesem Band erretten.
Tröst euch mit diesem Trost / der Eurer Nachbarin
Vor nicht gar langer Zeit war kommen in den Sinn;
Es ist ja noch zur Zeit nichts böses ihr ergangen!
Ich glanb nicht das sie tregt zur Jungfrawschafft verlangen.
Darumb last immer gehn / was nicht mehr bleiben will
Vnd gebt euch mit gedult in sanffter ruh vnd still.

Das

Das wird der Nachbarin zu mehrern tröst gereichen /
Die Dritte wird sich dann auch desto eh' einschleichen
Und geben williglich. Nun streitet vmb das Ziel
Welch' vnter euch zu erst wohl Mutter heissen wil.

S. E. J.

I X.

DUm procul à vestrâ me Noris detinet urbe,
Noris culta tibi multos, JOACHIME, per annos,
Indubius nostras rumor defertur ad aures,
In patriâ peragas pulsus quod júbila curis,
Atq; tuos intret thalamos adamata puella,
Unica quæ magni perhibetur nata SCHONERI,
Qui decus Eunomies & Consiliarius Aulæ
Claruit, Heidelberga Nicri quâ despicit undas,
Præmaturâ & adhuc lugetur morte peremptus.
Nec vobis coràm gratanti applaudere voce,
Nec dextris dextram mihi consociare licebit?
Hoc est, quod doleo. Verùm quod ferrea Fata
Esse verant, placidâ, benè novi, mente ferendum est!
Interea vestris precor omnia prospera rædis
Absens, eveniant, quæ vester Spiritus optat.

JOHANNES REUTERUS Norimbergensis.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



76

PICATIS.
S

Consultissimi

LECHOVII
NSI

CTISSIMÆ
HARINÆ,

consultissimi Viri

IONERI, J.U.D:
inatus quondam Hei-
relictæ filiz,

rum ad d. 6. Februar.

Æ,

Bezelij.

